



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

C. Vt non temere quemquam communione priuet episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
414.

cusatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur.

in Carthaginiensi VII. cap. 3. Cod. Can. cap. 130.

XCVIII.

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem, infra annos 14. ætatis suæ, non admittantur.

4. quest. 2. Testes autem ad testimonium. & in Carthaginiensi VII. cap. 4. Cod. Can. cap. 131.

XCIX.

Item placuit, vt si quando episcopus dicit, alium sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis: vt magis caueat episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non potest.

6. quest. 2. Placuit, vt si quando episcopus, & in Carthaginiensi VII. cap. 5. Cod. Can. cap. 132.

Cod. Can. cap. 133.

C.

Aurelius episcopus dixit: Iuxta statuta totius Concilii congregati, & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem: vniuersi tituli designati & digesti, huius diei tractatum & ecclesiæ gesta suscipiant: quæ vero adhuc expressa non sunt, die sequenti per fratres nostros Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, venerabili fratri & coepiscopo nostro Bonifacio rescribemus.

Ibidem.